ANNO I. FEBBRAIO 1874. FASCICOLO 2.

GIORNALE LIGUSTICO
DI
ARCHEOLOGIA, STORIA E BELLE ARTI

PACE FRA I COMUNI DI PIGNA E DI APRICALE
NEL 1230

In una preziosa collezione di documenti riguardanti il Marchesato di Dolceacqua, fatta dal notaro ducale Lorenzo Borfiga d'Isolabuona nel 1686, racchiudesi un atto del 1230, nel quale si fa parola di tre frati minori, istituiti da S. Francesco, appena da quattr' anni trapassato. Siccome si ritiene per tradizione, che in Savona, in Albenga ed in Ventimiglia vi istituisse altrettanti conventi lo stesso santo fondatore, e siccome un tal documento servirebbe ad avvalorarla, abbiamo creduto opportuno il renderlo di pubblica ragione.

Probabilmente questi tre frati erano affigliati al convento di Ventimiglia; e che in questa città dovesse esistere già a quei giorni una famiglia religiosa di Francescani, siamo indotti a crederlo dal veder nominata ripetute volte, nel 1258 e 1259, la chiesa di S. Francesco (1), e dal veder prendere, pochi anni dopo, dalle mani del guardiano del convento la croce per andar crociato in Terra Santa, il genovese Guglielmo di Voltaggio (2).

(1) Si veda il *Fogliazzo dei Notai*, vol. II, pag. 85; e vol. III, pagina 129, conservato nella Civico-Beriana di Genova.

(2) Dallo stesso Fogliazzo caviamo questa nota: « *1263, 6 madii. Nouerint uniuersi quod Gulielmus de Vultabio, ciuis Janue qui moratur in Vintimilii caſtro, suscepit crucem in subsidium Sancte Terre ultra maris contra Tartaros iuxta mandatum apostolicum, de manu fratris Raincrii*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2012

Non vi ha tra i nostri leggitori chi ignori, in quali miserande condizioni avesse gettato il paese nostro la ferocia del parteggiare, e quali e quanti benefizi recassero allora alle desolate popolazioni alcuni pii claustrali che osavano perigliarsi fra le parti contendenti. Quanto pronti e facili pretesti ad accendere ed attizzare tali ire porgessero le quistioni di confine tra territorio e territorio, lo sa pure chiunque ha preso a svolgere le pagine della Storia d'Italia, e noi già altre volte dovemmo farne ricordo, per quel che riflette la valle di Nervia, allorchè pigliammo a scrivere la *Storia del Marchesato di Dolceacqua.*

Per la divisione adunque dei monti *Ansa* e *Marcola* vivevano in continue discordie i due paesi di Pigna e di Apricale; ed invano s' erano più fiate interposte fra le due finitime popolazioni autorevoli persone affine di ricomporli in pace fra loro. Un compromesso finalmente veniva fatto dagli Apricalesi il 2 febbraio dell' anno 1230 (1), (quando dai Pignesi s' ignora) in Fra Giovanni francescano, e frutto di tale compromesso è la sentenza del 1.° marzo dell' anno stesso, la quale qui riproduciamo (2).

guardiani fratrum minorum commorantium in Vintimilio. Qui frater Rainerius confessus fuit se recepisse, vel recipi fecisse, nomine dicti subsidii et Terre id quod dictus Gulielmus ei dare voluit, et eidem indulgentiam fecit prout dominus Papa suo rescripto mandauit, et eum absoluit ab omni vinculo excommunicationis ».

(1) Memoria di tal compromesso ci è stata conservata in un estratto di atti riguardanti i Conti di Ventimiglia, lasciato nello scorso secolo dall' eruditissimo sacerdote D. Gio. Batta Lanteri da Briga, segretario di monsignor Giustiniani vescovo di Ventimiglia. Ecco la nota testuale: « *1230 indit. 3, secunda die exeunte mense februarii. Compromeſſo fra le comunità di Apricale e Pigna per confini del monte chiamato Ansa e Marcolla. In questo sono nominati Oberto conte di Ventimiglia e signor d' Apricale, e il conte Emanuele che si può credere allora signore di Pigna. Actum in cemeterio ante ecclesiam sancti Petri de Ento. Conradus Ongaronius notarius* ».

(2) Quest' atto viene riferito a pag. 89 *verso*, del citato Manoscritto del Borfiga.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2012

Sententia lata de anno 1230 pro monte comuni inter uniuersitatem Pigne et uniuersitatem Apricalis.

In lite et discordia que vertebatur inter commune et uniuersitatem de Pigna ex una parte et commune et uniuersitatem de Apricali ex altera super drictum et redditum fructuum montis qui vocatur Ansa et Marcola et super bandimentum dicti montis cuius coherencie tales sunt. Inferius est bandimentum hominum de Argeleto et a vallono in ultra est bandimentum hominum de Pigna, quod ferit ad collam de Gonta supra vallonum drictum et ferit per vallonum per terminum usque in aqua de Rai et dat in sursum per aquam usque ad passum de Rai, et ab hoc bandimento inferius est bandimentum hominum de Rochetta, et ferit in sursum per fossatum de Ansa usque ad passum de Treixe et abinde in sursum est bandimentum proprium hominum de Apricali, et abinde in sursum est bandimentum commune hominum de Pigna et Apricali, et vadit per terminum de Morga de Carsonega usque ad illud de Argeleto. Cum vero super predictum drictum et redditum fructuum dicti montis et bandimenti diutius inter eos esset litigatum, Gulielmus Gastandus rector communis Pigne et Jacobus Ugo eius consocius, tamen non rector, voluntate uniuersitatis Pigne ut ipsi dicebant; atque Albertus Vivianus rector communis Apricalis et Gulielmus Berta eius consocius, tamen non rector, voluntate uniuersitatis Apricalis ut ipsi dicebant, promiserunt inter se vicissim vice et nomine predictarum uniuersitatum quod attendent et obseruabunt quod ipsi quatuor supra predictam discordiam definient et ordinabunt, et quod quicquid ipsi definient et ordinabunt concorditer unaqueque uniuersitas et etiam unusquisque predictorum locorum attendent de cetero et obseruabunt. Predicta autem omnia vice et nomine predictarum uniuersitatum

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2012

promiserunt inter se vicissim attendere sub pena vicissim stipulata librarum centum denariorum Janue; quam penam comes illius uniuersitatis capere teneatur, cui predicta attendere nollet, ita quod illam penam remittere non posset; addito super hoc quod pars et uniuersitas illa que predicta attendere nollet, ammittat totum ius et rationes quod et quas habet in dicto monte, nihilominus concordia firma manente. Quam penam dominus Obertus comes dominus Apricalis capere iurauit, si dominus Manuel comes hoc idem iurare voluerit. Si vero iurare nollet ipse non teneatur. Si vero predicti Jacobus Ugo, Gulielmus Gastandus, Albertus Viuianus et Gulielmus Berta concordare non possent, nunc predicti promiserunt inter se vicissim, nomine et vice sue uniuersitatis et comitatus, attendere et obseruare quidquid FRATRER JOANNES DE ORDINE MINORVM pronunciasse dixerit amicabili compositione, transactione et sententia quocumque modo dixerit; et hoc promiserunt attendere sub pena stipulata librarum centum denariorum Janue, ita quod pena commissa, pars que non attendet predicta, amittat ius et rationes quod et quas habet in dictu monte, nihilominus sententia firma manente. Verumtamen si aliquis singulariter contraueniret contra predicta veniret vel faceret et cognitum esset in viginti dies emendetur in arbitrio predictorum vel aliorum qui essent loco illorum. Et super hoc predicti quatuor fecerunt et predicta fecisse et promisisse voluntate sue communitatis quod triginta octo homines unicuiusque uniuersitatis predicta attendere iurauerunt. Cum vero predicti Gulielmus Gastandus, Jacobus Ugo, Albertus Viuianus et Gulielmus Berta pluries ac pluries insimul fuissent pro discordia illa aptanda et concordes esse non possent, dominus D. Joannes frater minor voluntate et consensu et in eorum presentia, atque in presentia decem hominum unicuiusque illorum locorum, qui predicta attendere iurauerunt ut ipsi confitentur, fecit facere vicissim inter

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2012

eos finem et refutationem et omnimodam remissionem et pactum de non petendo de omnibus querimoniis et maleficiis et petitionibus que et quas usque in diem hodiernum erant inter se, vel unum commune posset petere alteri aliqua occasione dicti montis et bandimenti illius et dricti; atque precepit ambabus partibus quod quodlibet commune reddat unum alteri quidquid predicta occasione captum sit, precipiens illis ut pax teneatur perpetua et firma inter eos et inter coauditores eorum sicut inter semetipsos. Super hoc autem D. Joannes frater minor pro bono pacis et concordie talem supra predictum bandimentum et drictum et redditum fructuum et etiam super proprietatem dicti montis tulit sententiam.

In primis pronunciauit et sententiauit ut proprietas dicti montis sit communis inter predictas uniuersitates; itaque, si concordauerint, quod possint illam inter se diuidere; si vero diuidere noluerint teneant illam communem, et transactionem et bandimentum et habeant banna communiter; super hoc autem pronuntiando sententiauit ut commune de Pigna habeat unum collectorem et homines de Apricali unum alium collectorem, qui colligat drictum et redditum fructuum transactorum omnium dicti montis, et diuidantur et partiantur inter se communiter, ita quod quisquis habeat medietatem secundum communem mensuram, saluo tamen ex principio deducto de communi illud quod dominus episcopus et presbiter dictorum locorum debent soluere de dicto dricto et redditibus pro sua decima. Predictam autem sententiam et transactionem precepit dominus D. frater Joannes frater minor firmam et ratam ab utraque parte principaliter obseruandam sub pena librarum centum denariorum Janue, rata manente sententia et transactione, ita quod pars que contra sententiam veniret amittat totum ius et rationes quod et quas habet in dicto monte, ita quod nulla questio inita ab ea parte contra aliam possit moueri nec iniri, teneatur eique renunciare. Actum in via apud

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2012

passum Bonde, prima die mensis martii, anno a natiuitate domini M CC XXX, inditione III. Testes presbiter Paulus Orengus de Castello, Bompar de Castello, Gandulfus Britus de Podiorainaldo, FRATER ZENOS et FRATER BRITVS.

Ego Conradus Ongaronus sacri palatii notarius rogatus scripsi et signaui.

Dopo questa sentenza arbitrale, pronunciata sulla pubblica via presso il rio Bonda, che segna il confine fra il territorio dei due Comuni, e sopra il quale si trova ora eretto un ponte, il monte *Ansa* e *Marcola* perdette l' antica denominazione per assumere quella di *Monte Comune*, nome datogli dal Borfiga nell' intestazione di quest' atto e che gli rimane tuttora.

GIROLAMO ROSSI.

COMMISSIONE CONSULTIVA

PER LA CONSERVAZIONE

DEI MONUMENTI STORICI E DI BELLE ARTI

SCAVI DI LIBARNA.

La Commissione avendo nella sua tornata del 9 settembre 1873 riconosciuta l' utilità d' imprendere un qualche scavo nel territorio di Libarna, nominava una Sotto-commissione composta dei consultori Varni, Belgrano e Dufour, coll' incarico di compilare, unitamente al cav. prof. Gian Francesco Capurro di Novi-Ligure ed al canonico Costantino Ferrari di Serravalle-Scrivia, uno schema di Regolamento per tale scopo (1).

(1) Il signor canonico Ferrari ebbe però a declinare l' invito.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2012